



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Annalium Paderbornensium Pars ...**

Complectens Inprimis Fusiorem Episcoporum Paderbornensium, Deinde  
Succinctiorem Historiam Reliquorum Per Westphalię ...

Ab Anno Christi 1228 Usque Ad Annum 1500

**Schaten, Nicolas**

**Monasterii Westphalorum, 1775**

Dedicatio Primae Editionis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-7971**

*DEDICATIO PRIMÆ EDITIONIS.*

REVERENDISSIMIS  
ET  
PERILLUSTRIBUS  
DOMINIS,

D. WILHELMO,  
ORD. TEUTONICI EQUITI,

ET PER WESTPHALIAM ARCHI-COMMENDATORI, NEC NON  
COMMENDATORI IN MULHEIM, ET AD S. GEORGIUM  
MONASTERII WESTPHALIE &c.

D. FERDINANDO,  
ECCLESiarum CATHEDRALium  
PADERBORNENSIS, MONASTERIENSIS ET HILDESIENSIS  
RESPECTIVE DECANO, ET CANONICO CAPITULARI &c  
R̄MI ET CELSISsIMI EPISCOPI, ET PRINCIPIS MONASTERIENSIS  
CONSILIARIO INTIMO ET AULICO.

D. FRIDERICO MAURITIO  
ECCLESIAE CATHEDRALIS HILDESIENSIS  
CANONICO CAPITULARI &c.

D. BERNARDO  
ECCLESiarum CATHEDRALium PADERBORNENSIS  
ET MONASTERIENSIS CANONICO CAPITULARI &c.  
FRA TRIBUS GERMANIS EX LIBERIS BARONIBUS  
a PLETTENBERG ex LENHAUSEN &c.  
DOMINIS, ET MOECENATIBUS MEIS GRATIOSISSIMIS.

Clementissima Tutela Reverendissimi ac Celsissimi Episcopi, & Principis Monasteriensis, S. R. I. Principis, primi inferioris Circuli Rhenano-Westphalici Directoris Gloriosissimi, ex antiquissima Perillustrium PLETTENBERGORUM Familia prognati, sub qua Prima Pars *Arnaliū Paderbornensium*, ab aliquot annis feliciter floruit; me ulterius exstimulavit, ut apud Vos alte memorati Principis Germanos Fratres e septenario numero ex thoro fecundissimo Domini BERNARDI L.B. a PLETTENBERG, & ODI-LIÆ

DEDICATIO PRIMÆ EDITIONIS.

LIAE ex Baronibus de FÜRSTENBERG superstites, hujus secundæ Partis præsidium quæ rerem; quæ prodire in publicum erubescit, nisi PLETTERBERGORUM nomen Verutissimum & Gloriosissimum prima fronte ostentet, a qua tot Perillustrium heroum Familia tutissimum sibi asylum pollicetur, utpote quæ in varias tractu temporis divisa Lineas, & terras, omni faculo heroes protulit, fago & toga, Domi forisque Illustres, Augustissimis Romanorum Imperatoribus, Regibus, Electoribus & Principibus &c. ob rara, & præclara in Rempublicam Christianam merita, apprime charos.

Imhoff. in notit. S. R. I. Lib. 3. c. 19.

Inter quos, non omittendus ille heroica virtute; & multis ac stupendis victoriis claus WALTERUS a PLETTERBERG, totius Germaniae Nobilitatis, & Ordinis Teutonici decus inclytum, qui in Magistrum Livoniae Anno 1495 electus, Anno post Electio nem septimo, nempe Anno 1502 cum septem Germanorum, & quinque Livonum millibus, centum & ultra Moschorum, & Tartarorum millia uno prælio delevit, victoriae superstites fugavit, & gloriosam quinquaginta annorum pacem, lege qua voluit, Magno Moscorum Duci extorxit: Ideoque ob bellicam fortitudinem, raras virtutes, & bene merita de Christiana Republica, ac religione primus ex Magistris Livoniae S. R. I. Princeps, Anno 1515 creatus, illam dignitatem sibi, & omnibus Successoribus in Magisterio acquisivit.

Imhoff. in notit. S. R. I. Lib. 3. c. 19. Bredenbach. de Bello Livon. Bozzius Lib. 8. de Sign. Eccles. Levene. Tom. 3. Histor. Polon. Stangefol. Lib. 3. Annal. Circul. Westphal. Venator in Historia Ord. Teut. c. 13.

Hunc unum memorasse WALTERUM, abunde forsitan sufficeret, nisi præclara PLETTERBERGORUM gesta, atas, & antiquitas &c. (quæ de thesauris suis nova profert & vetera) multorum sæculorum Limites gloriose excederet. E multis, pace ut spero vestra, paucos commemorabo Ludis Equestribus Imperii a multis retro sæculis celebratissimos, quorum primus Ludo Equestri Hallæ in Saxonia Anno 1042 dato interfuit; dein Wormatia Anno 1209 habito bini alii, Erwinus nempe, & Emericus a PLETTERBERG, & quidem hic ultimus cum connotato Equitis: tum JOANNES a PLETTERBERG Schweinfurti in Franconia Anno 1296: quarto Ingelhemii Anno 1337. HENRICUS a PLETTERBERG: quinto bini, BERTHOLDUS videlicet, & RABOLDUS a PLETTERBERG Moguntia Anno 1480: sexto idem BERTHOLDUS Heidelbergæ Anno 1481: septimo idem BERTHOLDUS Onolsbachii Anno 1485 cum titulo Equitis interfuerunt; Et idem hic BERTHOLDUS a PLETTERBERG in Regem Ludi Equestris Wormatia, Anno 1487 dati conclectus fuit.

Imhoff Lib. 3. c. 19. in notit. S. R. I. Videantur antiquissimi Scriptores de Torneamentis sive Ludis Equestribus Imperii.

Nec minor in Deum pietas, ac religio, quam ejusmodi Equestres Ludi, Majores Vestros condecorarunt, e multis attingam annum 1231, quo post obitum Sancti Patriarchæ Dominici anno decimo, pia liberalitate Nobilium de PLETTERBERG Monasterium pro sacro Prædicatorum ordine Susati fundatum adhuc hodieum conspicitur;

Stangefol. Lib. 3. Annal. Circul. Westphal. p. 351. Erfwort. in Alphabet. Nobilit. Westphal.

Quod dein plurium Sanctitate, & doctrina Illustrum Virorum celebre fuit seminarium, & inter alios Alberti Magni, inde Coloniam, ac Parisios ad doctoralem Lauream & publicam Professuram, ac denique ad insulam Ratisbonensem postulati.

Eodem Anno 1231. Instrumentum publicum (vigore cuius Castrum Mülheim, in Ducatu Westphaliae ad Ordinis Teutonici jura translatum fuit) HENRICUS a PLETTERBERG, primo loco subscriptus.

Stangefol. Lib. 3. p. 372. & 373. Cleinsorg. in Chron. Westphal. fol. 380.

Mare-

Maresch  
mero an  
administ  
BERG, I  
laudabil  
Stang

Unde E  
dium in  
modum  
se mem  
sesii, &  
Etus pre  
tibus E  
dio in ip

N  
bornens  
Februar  
TENBE

Sic forte  
longa ec

Su  
his post  
Principi  
torum I  
ca fortu  
Gloria v  
consecut  
ab incly

Nu  
morum  
Westpha  
tem eve  
farem, a  
Principe  
gna Tun  
&c. H  
tria & H  
destia T

Vos  
thedraliu  
minime  
tis. Qu

Exc  
& invisa  
pe CHR  
de Eccl

DEDICATIO PRIMÆ EDITIONIS.

Mareschallatum torius Westphaliae, quem vel Principes, Comitesque Imperii saepe numero ambiverunt, quem Ipse etiam Episcopus Paderbornensis HENRICUS ANNO 1370. administravit, hunc annus 1260 jam longe ante delatum vidit HUNOLDO a PLETTENBERG, postmodum in JOANNE a PLETTENBERG, ab Anno 1296 usque ad Annum 1321 laudabiliter continuatum.

Stangefol in Chron. Westphal. Lib. 3. p. 382.

Unde Ecclesia & Archidicecesis Coloniensis gloriosum non minus, quam forte praesidium in Mareschallis PLETTENBERGI majoribus Vestris semper expera fuit. Quemadmodum adhuc initio hujus faculi HENRICUS a PLETTENBERG, Proavus Vester gloriose memorie, dum se inter alios Generali Schenckio, partes exauktorati Electoris Truchesfisi, & Lutheranorum acriter tueri, generoso animo opponeret, in ipso loco conflitus prope pagum Bremen in Ducatu Westphaliae pro Deo, Religione, Patria, ac partibus Electoris Ernesti Bavariae Duci non sine Familiae, Viduae, ac pupillorum dispensatione in ipso flore ætatis fortiter occubuit.

Nec minus venerandæ antiquitatis Monumentum apud hanc Cathedralem Paderbornensem Ecclesiam extat, siquidem statutum de mutua assistentia, Anno 1341. 13ta Februarii conditum inter sex Seniores Capituli subscripsit BERTHOLDUS a PLETTENBERG.

Videatur Copiale Rmi Capituli fol. 87.

Sic fortes creantur fortibus, & innata Vobis Proavorum virtus animique fortitudo post longa eorum funera, in Vobis etiam hodie illucefecit.

Suspicit Te WILHELME, Germania nostra, & heroicam virtutem Tuam, in his posterioribus bellis, sub gloriofis Avunculi Tui FERDINANDI Episcopi & Principis Paderbornensis ac Monasterienfis &c. Laudatissimæ memorie, & confederatorum Imperii signis, contra ejusdem hostes Tua, cui præfectus eras, Legione, belliga fortitudine, ac prudentia, multoties præstitam, & quemadmodum, teste Tacito, *Gloria virtutis solet esse pedissequa &c.* Sic tuas virtutes bellicas, condigna præmia sunt consecuta, scilicet præter duas Commendas, ipsa totius Westphaliae Archi-Comunenda ab inclito Ordine Teutonico Tibi in præmium meritorum collata.

Nunc ad militiam Clericalem, & Te FERDINANDUM me converto, qui summorum Pontificum gratia & consensu ad Canonicatus trium præcipuarum Cathedralium Westphaliae, & Saxonie inferioris &c. & in hac Paderana ad ipsam Decanalem dignitatem electus, trium diversorum Principum, tribus diversis & pluribus vicibus ad Cæsarem, ad Reges, ac ad postrema Comitia Augustana, aliasque Imperii Electores ac Principes &c. & denique ad nuperos universales Pacis Tractatus Riwicenses cum magna Tui apud omnes existimatione Legatus & Plenipotentarius cum summo jure fuisti &c. Haec & multa alia de Republica Christiana, Religione, ac bono publico hujus Patriæ & Rmi Capituli bene merita fusius deducerem, nisi offendam innatae virtutis & modestiae Tuæ pertimescerem.

Vos quoque FRIDERICE MAURITI, & BERNARDE, trium Ecclesiarum Cathedralium respective Canonici Capitulares &c. Avita virtus PLETTENBERGICA minime degeneres habet: Vestris moribus, prudentia, & exemplo, indies demonstratis. *Quod vera Nobilitas Virtutis Profapia fit.*

Excudit e manu calamus, longius in laudes Vestras excurrere meditantem invida & invita mors, qua ex Perillu tri hoc fratum septenario duos immature sustulit, nempe CHRISTIANUM THEODORUM Cathedralis Ecclesie Hildesimensis Scholasticum, de Ecclesia, antiquitate, & scientia historica, optime meritum, hujusque operis zelissimum

DEDICATIO PRIMÆ EDITIONIS.

fissimum Promotorem &c. Et DOMINUM ADOLPHUM JOANNEM Dominum hæreditarium in *Lenhausen*, *Bergstrate*, *Melrich*, *Northkirchen*, *Davensberg*, & *Meinkövell* &c. Eminentissimi ac Serenissimi Archiepiscopi, & Electoris *Coloniensis* Camerarium, & Consiliarium, nec non Nobilitatis Equestris per Ducatum Westphaliae Deputatum &c. Eheu! quam immatura & insperata funera viri virtutis adeo præcelsæ lachrymis nunquam satis deploranda; Solantur tamen bonos omnes, lachrymasque detergunt, dulcissima ejus pignora filioli quatuor, quos ipse ex FRANCISCA THERESSIA GUDELA ex Baronibus WOLFF - METTERNICH ex *Gracht* &c. suscepitos post se reliquit: e quibus innata Genitoris, ac æmula Proavorum virtus etiam in tenera adhuc ætate emicat, & sub Vestra Tutela nunc singulari cura excolitur, ut per illos, proprio celo, tempora & sæcula futura, sicut per Vos, & Proavos Vestros præterita & præsentia condecoranda merito speremus. Sic faxint superi, sic humillima veneratione precatur partus hic Historiographi, qui ex prælo meo egressus velut orphanus, gratioſa tutela Vestra & Patrocinio foveri desiderat Perillustres Domini &c. Imo duplcaro id jure prætendere præsumit, cum se partem esse antiquæ hæreditatis Vestrae, & avitæ gloriæ haud vane gloriatur. Suscipe igitur in partes Vestras, partem hanc secundam fereno vultu, & gloriæ ac nqminis Vestri splendore illustrate, arque una cum Perillustribus Pupillis Vestris in fera tempora vivite, vivite Deo, Religioni, ac Patriæ &c. Ita demississime vovet, qui dum vixerit, est, eritque.

Reverendissimarum & Perillustrium Dignitatum Vestiarum &c. &c.

devotissimus Servus

Christophorus Nagel, Typographus.

PRIVI-

PRIVILEGIUM.

**MAXIMILIANUS FRIDERICUS DEI GRATIA**  
Archiepiscopus Coloniensis, S. R. I. per Italianam Archi- Cancellarius &  
Princeps Elector, Sancte Sedis Apostolicae Legatus Natus, Episcopus  
Monasteriensis, Westphaliae & Angariae Dux, Burggravius Strombergae,  
Comes in Königsegg-Rottenfels, Dominus in Odenkirchen,  
Borckelohe, Werth, Aulendorff & Stauffen, &c. &c. &c.

Universis praesentes Literas Nostras visuris, lectruris; seu legi audituris salutem in Domino. Cum fidelis Nobis, dilectusque Antonius Wilhelmus Aschendorff Typographus & Bibliopola Monasteriensis humillime a Nobis petierit facultatem, & Privilegium imprimendi denuo Librum, cui Titulus: HISTORIA WESTPHALIE & ANNALES PADERBORNENSES Auctore R. P. SCHATEN, ipsam operis dignitatem intuiti benignum in ejus preces assensum tribuentes eidem concedimus, & per præsentes plenam, liberam, & omnimodam facultatem ac licentiam impertimus, ut ipse solus dictum Librum imprimere, & per Civitatem ac Diocesin nostram Monasterensem venalem exponere possit ac valeat; inhibentes insuper omnibus Typographis, Bibliopolis ac aliis quibuscumque Nobis subditis cujusvis qualitatibus aut conditionis existentibus, ne prædictum Librum imprimere, alio transmittere, nec ulla ipsius nova exemplaria venalia exponere audeant, aut præsumant præter ea, quæ imposterum præfati Antonii Wilhelmi Aschendorff Typis excusa fuerint, & qui secus fecerit, Confiscatione omnium Exemplarium, & aliis gravioribus Penitentiis multctabatur. Nos eum in finem mandamus cujuscunque loci Praefectis, Judicibus, Gograivis, Praetoribus, Consulibus, ceterisque Praefidibus tam Urbicis, quam ruralibus, ut prædictum A. Wilhelmm Aschendorff ab omnibus molestii semper tueantur, curentque, nequid contra Privilegium nostrum ipsis concessum ab ullo attenuetur. In quorum Fidem præsentes Literas Manu Nostra subscriptas Sigillo Nostro communiri jussimus. Monasterii Westphaliae die 13tia Novembris 1771.

(L.S.) MAXIMILIANUS FRIDERICUS Archiepiscopus & Elector,  
Episcopus & Princeps Monast.

Vt. F. de FÜRSTENBERG.

N. A. A. Schilgen.

APPROBATIO.  
R. P. PROVINCIALIS.

Ego infra scriptus Societatis Jesu per Rheni inferioris Provinciam Præpositus Provincialis, potestate mihi facta a Patre N. P. Thyro Gonzalez Societatis nostræ Præposito Generali, typis mandari permitto Librum a deputatis ad id censoribus ejusdem Societatis leatum & approbatum, cui titulus: ANNALUM PADERBORNENSIMUM PARS II. a P. Nicolao Schaten Societatis ejusdem Sacerdote publico usui donatum. In cuius rei fidem has literas manu propria, consuetoque officii Sigillo munitas dedi Coloniae 8. Aprilis 1698.

Henricus Weisweiler.

(L.S.)